

Urāshima iuvenis fabula Iapōnica

In urbe in Iapōniā habitat iuvenis, nōmine Urāshima. Urāshima est piscātor. Quōdam diē Urāshima ad mare ambulat. Urāshima trēs puerōs videt. Puerī testūdinem excruciant. Urāshima iubet puerōs dēsistere, sed puerī nōn dēsistunt. Urāshima tandem puerīs pecūniam dat et puerī exeunt.

Urāshima iam testūdinem ad mare fert. Postquam testūdō est in mare, Urāshima vōcem audit. Urāshima circumspemat, sed hominēs nōn videt. Iam Urāshima testūdinem videt. Vōx est testūdinis. Testūdō iam est ingēns.

“Venī ad aulam maris,” testūdō inquit. “Rēx maris tē videre vult.” Urāshima testūdinem ascendit.

Testūdō Urāshimam ad īmum mare fert. In īmō mare est magna aula. In aulā, testūdō in fēminam pulchram sē trānsformat. Fēmina est Otohīma, filia rēgis maris. Otohīma vult Urāshima ducere eam in mātrimōnium. Urāshima cōnsentit.

Trēs diēs Urāshima in aulā manet. Laetus est, sed quoque parentēs vidēre vult. Otohīma Urāshimam discedere nōn vult, sed cōnsentit. Otohīma Urāshimae arcam dat et inquit, “Arca tē servābit, sed nolī arcam aperīre.”

Testūdō Urāshimam ad urbem fert.

“Ūnam horam maneō,” testūdō inquit, “sed, postquam ūnam horam, necesse est discedere.”

Postquam ad urbem venit, Urāshima circumspemat. Urāshima urbem nōn agnoscit. Urāshima diū domum quaerit. Tandem domum videt. Urāshima domum intrat. Parentēs nōn adsunt, sed vir adest. Urāshima virum nōn agnoscit.

“Quis es?” Urāshima clāmat.

“Quis sum?” vir respondet. “Est domus mea! Quis es tū?”

“Urāshima sum,” inquit.

“Urāshima?” vir inquit. “Urāshima est piscātor in fābulā. 300 annōs abhinc, ingēns testūdō in mare eum cēpit!”

Urāshima est attonitus et ad aulam redīre vult, sed urbem novam nescit. Tandem mare videt, sed multae horae lapsae sunt. Testūdō nōn adest.

Urāshima erat perterritus et miser. Nescit quid ageret. Tandem Urāshima arcam aperit. Nūbes arcā discedit.

Urāshima nōn iam est iuvenis. Urāshima est senex. Unūs diēs in aulā est 100 annī in urbe. In arcā sunt 300 annī vītae Urāshimae.

Mox Urāshima nōn est senex, sed pulvis.